



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd fugienda sit ebrietas. xvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



Ex pœni-  
tentiali  
Romano.

**Q**VI per ebrietatem vomitum facit, si presbyter aut  
diaconus est, XL. dies pœniteat. Si monachus XXX.  
dies pœniteat, si clericus, XX. dies, si laicus, XV.  
dies.

Ex pœni-  
tentiali Be-  
da pres-  
byteri.

De eadem re. Cap. XIII.

**L**Aicus, si per ebrietatem vomitum facit, tres dies à ce-  
ne, & vino, & ceruisia absteineat.

De illis qui per superbiam alios inebriat. Cap. XV.

Ex eodē.

**S**I quis per nequitiam alium inebriat, quadraginta dies  
pœniteat. Quod si in consuetudine habuerit, commu-  
nitione priuetur, donec dignè pœniteat, & emendationem  
promittat.

Quod fugienda sit ebrietas. Cap. XVI.

Ex decr.  
Clemētis  
pap. cap.  
35.

**E**Brietatem oppido prohibebat propheta, & ebrietas  
corpore, & animo mortuos esse predicabat. De quibus  
per exemplum aiebat: Vae qui consurgitis mane ad ebri-  
tatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, ut  
non aestuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, &  
num in conuiujs vestris, & opus domini nō respicitis,  
opera manuum eius consideratis. Et iterum: Vae qui potes  
estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam  
ebrietatem, qui iustificatis impium pro muneribus, & ius-  
titiam iusti auferitis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat  
pulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix  
eorum quasi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis accē-  
dit. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquia  
sancti Israël blasphemauerunt. Ideo iratus est furor domini  
in populo suo, & extendit manum suam super eum, &  
percussit eum, conturbati sunt montes, & facta sunt  
cunicina eorum, quasi sterminus in medio platearum. In omni-  
bus his non est aduersus furor eius, sed adhuc manus eius  
extensa.

Item de ebrietate. Cap. XVII.

Sanctus  
Isidorus  
dicit.

**E**Sca crapulam, potus ebrietatem, generant. Ebrietas  
autem perturbationem gignit mentis, furorem  
dis, flammam libidinis. Ebrietas ita mētem alienat, vt  
sit, nesciat. Vnde etiā malum non sentitur, quod per ebri-